J. J.

DISSERTATIO JURIDICA
DE
EXPENSIS EXECUTIONUM CRIMINALIUM

Vulgò

Von Hâncker Gelde/

Quam
CONSENTIENTE ILLUSTRI
JCTORUM ORDINE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRAESIDE
VIRO PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DN. ADRIANO BEIERO J.U.D.

CELEBERRIMO, CURIÆ PROVINCIALIS
ADVOCATO ORDINARIO
GRAVISSIMO
DN. PATRONO ET PRÆCEPTORE
atatèm
colendo, devenerando,
Publico eruditorum examini exponit
ad diem Octobr, M. DC. LXIV. L. Hq; C.

Autor Reſpondens
FRIDERICUS Wilſenach/
Maj. Gärmerslebiâ Saxo.

Litteris MULLERIANIS.

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DOMINO

AUGUSTO

POSTULATO ADMINISTRATORI PRIMATUS ET ARCHIEPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS, DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ ET UTRIUSQVE LUSATIÆ, COMITI DE MARCA, RAVENSBURGI, ET BARBY, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

Hanc diſſertatiunculam

obſequio humillimo

offero, dico, ac dedico

Fridericus Wilſenach.

...RENISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME.

QVæ cauſa potisſimùm, ut tanta conatus, atque TUÆ REVEREN. DISS. SERENIT. hanc præſentem diſſertatiunculam ſummâ devotione ac ſubjecti... adſcribere, & mancipare ſim ...s, multis inveſtiganda mihi videtur. Quod enim de Maximi... I. Imperatore literarum monu...tis conſignatum, ipſum tantum erga ...os eruditionis canitie venerabiles fo... amorem, ut in hæc aliquando pro...rit verba: Se nullos homines plus ...re, nullis majorem charitatem de... quâm Viris doctis. Id jure poti... ...le TUA SERENISS. CELSIT.

aſſe-

aſſerendum. TUÆ enim REVERENDISS. SERENIT. ardor Juſtitiæ cui non conſtat? Cui incomparabilis erga literatos benevolentia nõ nota? Cui pro ſubditis cura plꝰ quã paterna incognita? Hæc ego, utpote qui literatorum ordini minimè adſcribendus, ſæpius in animo volvens ac revolvens, TUÆ SERENIT. CELSISS. haſce pagellas, in debitæ obſervantiæ teſſeram, adſcribere, & aſſignare commotus, humillimè rogito, ut TUA REVERENDISS. SERENIT. hocce munuſculum chartaceum, Principum manibus minùs dignum, clementer ſuſcipere, ſerenâ fronte accipere, oculisq; clementiſſimis intueri ne dedignetur. Deus autem ſervet TUAM REVERENDISS. SERENIT. quô Archiepiſcopatus noſter Magdeburgenſis ſub TUA protectione, tanquam clypeo firmiſſimo, annos per multos vigere ac florere poſſit exoptatiſſimè.

VESTRÆ REVERENDISS. SERENIT.
obſequentiſſimus & ſubiectiſſimus
Fridericus Wilſenack

J. J.

PROOEMIUM.

§. I.

NE Te, Lector honoratiſſime, terreat horrenda & terribilis illa frontiſpicio diſputationis noſtræ inſcripta vox ſuſpenſoris, adeò quibusdam odioſa, ut omne malum eâ comprehendi exiſti-
ntes, invicem exſecrationis eam & impreca-
is uſurpent. Verùm enim verò, nobis aliter
it, & propriè ac ſpecialiter pecuniam, ſeu
dquid carnifici locô mercedis pro execu-
e ſententiæ criminalis, vel ſimili actu ſuæ
feſſioni convenienti exercito ſolvitur.
eralius deinde univerſos illos ad merum im-
um explicandum neceſſarios ſumptûs deno-
: Prout ex latinâ ejusdem diſputationis in-
ptione: De expenſis executionum crimi-
alium, explicandam vocem volumus.

Nunc citra longas præfationes
rei ipſi accingimur.

CAPUT I.

Caput. I.

EXHIBENS DEFINITIONEM VERBALEM ET REALEM.

§. I.

CUm igitur methodicè & ordine omnia ſint tractanda, & ordo cujuscunque rei peragendæ ſit modus, hôc prætermiſsö nihil rectè agatur *l. 4. C. de ſent. & interloc.* Sic primùm explanabimus definitionem horum vocabulorum nominalem.

§. II. Vocabulum. Expenſæ deducitur atteſtantibus Lexicographis, à præpoſitione ex, & verbo pendo, quod idem eſt, ac ſolvere *l. 1. ff. ſi ager vect. pet.* Interdum per translationem ſumitur pro æſtimatione: Sic dico: magni pendo, flocci pendo i. e. magnâ, parvâ æſtimatione habeo,

§. III. Expenſæ ſunt dictæ à more Veterum uſitato, qui pecuniam non annumerabant, ſed appendebant *Plin. lib. 33. c. 3.* Et verbum expenſare habemus in *l. 41. §. 10. ff. de fideicomm. libert.* quod aliàs dicitur expenſum ferre *l. 22. §. 4. in fin. ff. ad SCtum Trebell.* hoc eſt annumerare, attribuere, imputare.

§. IV. Expenſæ nimis generaliter ſumuntur tàm pro voluntariis, quàm utilibus & neceſſariis; Nec ſemper in pecunia conſiſtunt numerata, ſed cibaria nomine veniunt expenſarum *Andr. Gail. 1. obſ. 151. n. 5.* Et expenſæ vocantur etiam impenſæ, quàmvis propriè loquendo inter ſe diſcrepent, & impenſæ in rem, expenſæ verò propter

er litem fiant. *B. Hahn. ad VVeſenb. Tit. de Impenſ. in rem tal. fact.* Sic ſportulæ nomine expenſarum ſunt inſinitæ *Gail.1.Obſ.151.n.6.*

§. V. Petuntur expenſæ variis modis, vel enim proter victoriam totius cauſæ, quando lis ad finem deducta, nc regulariter victus victori in expenſas condemnandus *13. §. 6. C. de Judic.* vel quando quis temerè & malitiosè ctionem inſtituit, illamque ſponte dilatavit abſentiâ ſuâ *79. pr. ff. l. 15. C. de Judic.*

§. VI. Executio ſuam trahit originem à verbo xequi, quod varias in jure admittit ſignificationes. Quandoque enim ſumitur pro vindicatione aliqua, ut ſuam, ſuorumque exequi injuriam *l. 8. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Quandoque pro ultione *§. ult. in fin. Inſt. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* Executio quandoque pro petitione & exactione rei alicujus promiſſæ *l. 66. l. 85. pr. l. 132. in fin. pr. ff. de verb. obl.* Quandoque pro actu judiciario, quô victus cogitur per judicem ad id, quod in ſententia pronunciatum victori præſtandum (vulgò die Hülffe) acceptatur, *Magnif. Dn. Struv. Syntagm. jur. civ. exerc. 44. th. 17.* Quandoque pro pœna, quæ reo per ſententiam damnato infligenda venit, quæ ſignificatio huc videtur quadrare.

§. VII. Appoſitô criminalium vocabulô, differentiam expenſarum indigitare volumus. Sicuti enim cauſa alia eſt civilis, alia criminalis; Sic expenſæ aliæ ſunt civiles, aliæ criminales. Bürgerliche und Peinliche Unkoſten. Exigantur autem expenſæ criminales, cùm delictum aliquod perpetratum, propter quod ultimum ſupplicium, vel pœna corporis afflictiva Reo imponenda *gl. in l. 4. C. de ſepulchr. viol. gl. in l. 1. C. quand. civ. act. præjud. crim.*

§. 8. De-

§. VIII. Deſcribi expenſæ executionum criminalium poſſunt hôc modô : Quòd ſint ſumptûs, quos Judex merum habens imperium [a], ut delicta puniantur, & tranquillitas publica conſervetur, facere eſt obſtrictus. Sicuti enim ex nihilo nihil fit, & ad aliquid producendum apta præ-requiritur materia : Ita ſine adminiculis, tanquam remediis, & congruis inſtrumentis parum quoquè proficere poſſumus ; ac præprimis ſumptûs in unaquaque re exiguntur, ſuntque multi actûs, ut ita loquar, ſumptuoſi, quos, licèt bonos & neceſſarios, nemo tamen gratis cupit expedire.

§. IX. Ecquis verò neget, punitionem criminum bonam & Reipubl. neceſſariam eſſe, licèt flagitioſi, & metuant, & quos metuunt, oderint carnifices. Quin cordati quoquè & honeſti Viri eorum conſortia fugiant : Nihilominus reperiuntur etiam Magnates, apud quos in pretio habentur, & interioris ſunt admiſſionis. Prout de Singeleſiis Inſulæ Ceylon in India Orientali populis teſtatur Johan von der Behr in Diario ſuo Jndico *pag. m. 57. in med.* Cujus verba, ſi fortè Autor alicui, legere deſideranti, non ſit ad manûs, adſcribere haut pigrabimur. Hingegen ſind die Scharffrichter bey ihnen in hohen æſtim, daß ſie ſich zu den Fürnehmſten / ja ſelbſt zum König nähern / und mit ihm reden dürffen,

Caput II.

Caput II.

VARIAS EXPENSARUM CAUSAS DE PROMENS.

§. I.

MAli mores gignunt bonas leges; benè, quicunque fuat, dixit: Sicuti enim in Legiſlatoris poteſtate non eſt, omnes eventûs antè proſpicere, ſuisque legibus determinare, quia natura ſubinde novas properat edere formas, quæ antè fugiebant notitiam, atque prudentiam Legiſlatoris, adeò, ut haut pauca obſervare liceat exempla defectuum in legibus ſuppletorum: Ita in delictis quoquè actibusque peccaminoſis non aliter accidit, quàm ut Legiſlator de iis præcavendis ſivè coërcendis emendandisq; cogitet tùm demum, quando reipsâ contigerunt, ac totuplices fiant ſanctiones, ſub quotuplici formâ prodière delicta.

§. II. Hinc non malè concludemus, dicendo: facinoroſos homines, eorumque perverſos mores ac delicta perpetrata, cauſam fuiſſe procatarcticam ſanctionum criminalium, & in ſpecie, quæ de expenſis executionum agunt: Sanè enim, aut Tyrannus ſangvinis ſuorum ſitientiſſimus exiſtat Princeps, aut de pœnis earundemque infligendarum modis, minimùm verò ſumtuoſis, nequaquàm cogitaverit, niſi vellicarent eum atque damnatis ſuis actionibus eum irritarent provocarentque maleferiati homines! Neque tamen fruſtra præſideret populo ſuo, deque ſufficientiâ civitatis internâ & ſecuritate contra exteros plus cogitandum habiturus erat.

§. III. Ne autem ex perpetratis delictis arguas, arctio-

rem eſſe principis poteſtatem, ad ſolos actûs perpetratos reſtrictam, & in ſpecie ad conatum planè impertinentem atque inſufficientem, ampliamus concluſionem, & hûc usquè etiam illam extendimus. Requirimus equidem, ut delictum reverâ ſit commiſſum, nam ubi nulla transgreſſio, ibi nulla eſt pœna *l. 137. l. 186. ff. de Reg. Jur. l. 3. C. de pign. B. Richter. vol. 1. conſ. p. 1. conſ. 21. n. 45.* & ut præprimis animô dolosô id ſit factum: Cauſæ enim criminales criminaliter, vel ad pœnam corporalem, ſine dolò concurrente non puniuntur *l. 16. §. 8. ff. de pœn. l. 108. ff. de Reg. Jur. Bald. in l. 3. ff. de Juſt. & Jur.*

§. IV. Sic tamen, ut à præteritis, tanquam potioribus, ſolùm denominatio fiat, non norma ſumatur, aut juxta illa, tanquam terminos definiatur, quæ, ut in terminis meræ affectionis conſiſtunt, & non facilè cognoſcuntur: Ita minus frequenter puniuntur: neutiquàm tamen inde negari poteſt, modum non dari, quò ad principis animadverſionem pertineant: Cùm utique ipſa affectatio atqve inchoatio ſit aliquid reale, & actus præteritus, in ſuo quoquè genere perfectus, (licèt hactenùs ut tale,) quale attentatum fuit delictum, reputetur imperfectus, utique exiſtat: At enim mutili etiam actûs ad curam principis pertinent, ut excitetur per eos ad attentionem, & vigilantiam ne ſcintillæ ignem præcedentes in verum erumpant incendium: quotus enim quisque eſt, qui dum fumum animadvertit, non accurrat, ignem, dum adhuc in cineribus eſt, ſuffocaturus?

§. V. Duo ſunt, quæ in contrarium quis poſſet allegare. (1.) Conatum non eſſe verè delictum, conſequenter non punibilem. (2.) ubi nullus actus punitivus exercetur, ibi nec ſumptûs aut expenſæ neceſſariæ, per conſequens de refuſione non poſſit cogitari. Primum quod

atti-

attinet, videtur id probari poſſe *per l. 1. in fin. ff. quod quisq; jur. in alt.* quid obfuit conatus, cùm injuria nullum habuerit effectum *l. 18. ff. de pœn.* Cogitationis pœnam nemo patitur Lehnrecht *cap. 39. verb.* Es geſchicht an Willen noch ſchlechten Worten keine Gewalt/ wenn keine That darnach folget. Alterum per ſe patet.

§. VI. Attamen, quòd de Jure Civili conatus, qui ad actum aſſumptum, & ad perficiendum ſcelus pervenit, puniatur, patet *ex l. 1. ff. ad Leg. pomp. de parric. l. 5. pr. C. ad Leg. Jul. Maj. Nov. 153. in Epil.* Et conatus interdùm pro ipsô habetur crimine §. *8. Inſt. de obl. quæ ex delict. naſc. Dn. Schnob. diſput. ff. VII. Th. 27. Weſenb. parat. ff. ad Leg. pomp. de parric. n. 7.* Ac licèt id non fiat pœnâ ordinariâ, criminaliter tamen coërceri patet, atque conſtitutum eſt ſanctione Carolinâ *art. 178. verb.* So iemand einer Miſſethat ſich unterſtehet / und doch an Vollbringung derſelben Miſſethat durch andere Mittel wider ſeinen Willen verhindert wird / ſolcher böſer Wille / daraus etzliche Wercke folgen/ iſt peinlich zu ſtraffen.

§. VII. Jus Saxonicum licèt pariter conatum, ad actum etiamſi proximum perductum ordinariâ non afficiat pœnâ, ſed ſemper eventum reſpiciat *Weſenb. d. n. 7. ad Leg. pomp.* item *ad Leg. Jul. de adult. n. 5.* item *part. 3. Conſ. 114. n. 33. Petr. Theodor. Coll. crim. cap. 7. aphor. 6. n. 2.* Interim non planè is, qui conatum ad actum traducere nequivit, impunitus dimittitur, ſed pœnâ fuſtigationis, relegationis, vel aliâ coërcetur *B. Carpzov. pr. cr. p. 1. q. 2. n. 56.* Quod autem dictum *cap. 39.* Lehnrecht attinet, negatur ibi, per nudam voluntatem, ac ſimplicia verba, ſpeciatim crimen violentiæ committi; quod autem nec ullum aliud, v. g. injuriarum, aut innominatum quoddam, minimè negatur.

§. IIX. In delictis denique atrociſſimis conatum certis præſuppoſitis requiſitis capitaliter, ac modò non ordinariâ pœnâ coërceri, tradit ac docet *B. Carpz. d. tract. q. 17. n. 21.* ubi *n. 25: & 26.* præjudiciis demonſtrat, cui *add. q. 19. n. 62.* Quòd ſi itaque, prout oſtenſum hactenùs, pœnæ uſitatæ ſunt etiam circa crimina attentata, non abſoluta, quæ ſine expenſis confici ſanè haut poſſunt, corruet quod ſecundô locô fuit appoſitum, citra ulteriorem arietem admovendum.

§. IX. Sed ſufficiant hæc de cauſa impulſiva. Cauſam efficientem principalem, quem alium inveniemus, quàm ipſam legem? Hæc enim ipſa eſt, quæ expreſsè, & admodùm ſeverè, poſtulat, ut Magiſtratus, cui merum imperium eſt conceſſum, delicta puniat, idque accuſatore tacente, & proceſſu ordinariô deficiente, ex officio: prout dilucidè eſt videre in *l. 13. ff. de off. præſ.* congruit bono & gravi Præſidi curare, ut pacata & quieta ſit provincia, quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſollicitè agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat. Nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, &, prout quisque deliquerit, in eum animadvertere, receptoresque eorum coërcere. Quibus ſenſus non abſimilis eſt in *l. 1. pr. C. de cuſt. Reor.* ibi: ſive eum publica ſollicitationis cura perduxerit &c. omnium autem clariſſimè ex *Nov. 128. c. 21.* ubi non ſvaſoriis, ſed verbis imperativis Juſtinianus omnes jubet Judices facinoroſos per ſe inquirere.

§. X. Neque enim delicta debent manere impûnita *l. 51. c. f. ff. ad Leg. aquil. l. 18. c. f. ff. de Judic.* ibi: Ne futurum ſit, ut impunè fraudem patiatur, ſed pœnas ob maleficia ſolvi, magna ratio ſvadet *l. 70. §. 5. ff. de fidejuſſ.* atque adeò in genere Lex vult, atque injungit magiſtratibus, actûs circa delicta complures exercere, conquiſitionem, & coercitio-

citionem delinquentium, purgationem ſuarum provinciarum, pacis publicæ conſervationem &c. qui omnes multos requirunt ſumtûs *B. Carpz. pr. cr. q. 138. n. 1.* Hinc non immeritò concludimus, quòd Lex ſit ſumptuum, ſive expenſarum criminalium, ac præprimis circa executionem pœnarum corporalium ac capitalium, cauſa primaria & efficiens principalis ſtatuenda.

§. XI. Etenim qui alicui committit officium aliquod, is ſimul omnia committere videtur, ſine quibus illud expediri non poteſt. *arg. l. fin. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. eſt Juriſdict.* & qui vult antecedens, videtur velle neceſſarium conſequens *§. 3. Inſt. quib. ex cauſ. manumiſſ. l. 2. ff. de Juriſdict. l. 1. §. 1. ff. ſi uſusfruct. pet. l. 3. §. 3. ff. de ſerv. præd. Ruſt. l. 77. ff. de acquir. vel amit. hæred.* & plures textûs ſimiles, Quippè causâ cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati. *arg. l. 4. ff. de Juſt. & Jur. l. 9. in fin. ff. ad Leg. Jul. de adult.*

§. XII. Cauſa deniquè inſtrumentalis eſt, qui negotium hoc peragit; certiſſimus tamen omnium, Magiſtratus cauſarum criminalium, ſeu cui merum imperium compètit. Ceſſante enim accuſatore, ex officio procedere atque inquirere teneri, jam diximus: Quò facit ſanctio Caroli V. *art. 214. verb.* Und wo der beſchädigt nicht peinlich klagen wolte/ ſo ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter nichts deſto weniger von Ambts wegen rechtfertigen/ und nach Gelegenheit der Perſohn/ und über fahrung ſtraffen. Quò & reſpicere videtur Conſtitutio provincialis Electoris Auguſti *de anno 1555. Tit.* von Unkoſten der peinl. Rechtsfertigung *verb.* Welches auch iedes Ambt/oder der jenige/dem die Obrigkeit zu ſtehet/auff dem Fall thun ſoll/ wenn kein Kläger verhanden/ und die That offenbahr. Sed de his plura in tractatu de ſubjecto.

§. XIII. Cauſa finalis eſt, ut Juſtitia commutativa etiam in hôc paſſu obſervetur. Et qui circa executionem operantur atque occupantur, condignam accipiant mercedem. Licet enim actum hi in ſe ſint boni, & oppidò neceſſarii, nemo tamen gratis vult eſſe bonus, aut propriis militare ſtipendiis, non ſolùm quandò privatis & concivibus, verùm tunc etiam, quandò Reipublicæ operas impendit. Si dixeris, quemlibet publicæ utilitati hactenùs obnoxium eſſe, ut vitam, operas, fortunas, re ita exigente, eidem non debeat detrectare. Scias, non debere tamen unum præ aliis prægravari, & reliquis ſuum agentibus, ſolum onera publica ſuſtinere. Ita igitur æqualiter hæc munera diſtribuuntur, ſi quibusdam operas impendentibus cæteri ſumptùs contribuant.

§. XIV. Equidem finem hunc propinqvum atque immediatum eſſe fatemur, qui tamen omitti haut debuit. Ultimus autem & remotus eſt, ut malum quoqvè operantibus condigna merces pendatur, ut provincia à fecibus purgetur, pax publica conſervetur, & in univerſum ſalus populi, quæ ſuprema omnium Lex eſt, obtineatur.

CAP. III.

DIVERSAS PERSONAS HUC FACIENTES RECENSET.

§. I.

EXpenſæ videntur relationem quandam inferre, atque eapropter unà plures deſiderare perſonas, quarum altera ſit, quæ expenſas facit, altera quæ recipit; ſi placet, ad-

addas eam, cujus intuitu utrumque contingit. Accipientes ſunt, quorum aliquis uſus, opera vel miniſterium eſt in hôc negotio, quales innumeri ſunt. Sunt enim Delatores, de quibus *vide t.t. C. de Delat.* Stationarii, quorum munus itidem nunciare præſidibus crimina *l. 1. & t.t. C. de Curioſ. & Station.* quorum partes in præfecturis ſuſtinere videntur moderni Sculteti, die Amts-Schultzen/ qui tamen ex officio nunciant, quod Rügen vocatur. Ad captivandos reos fugitivos juxta lictorem ablegantur milites, aut qui regulariter à Principe aluntur, aut qui ex provincialibus ad defenſionem ſunt lecti; So in Ausſchuſſe ſind/ vulgò die Defenſioner Quanquàm quivis ſubditus ſuo Principi propter jus territoriale debet jus ſequelæ, die Folge/ tamen Univerſitas delectorum reliquos repræſentans eò nomine inſigniri ſolet, quando dicunt: Man hat Jhn mit der Folge geholet.

§. II. Inter accepturos ſua nomina profitentur & vigiles, & carceris cuſtodes. Alicubi tamen inter onera ſubditorum & hoc eſt, ut ſeriatim excubent, quod in patria mea ita practicatur. Quòd ſi tamen cibaria ipſis, Frohnbrod/ præſtita fuerint, uti moris alicubi eſt, referamus & illa inter præſentes expenſas. Sicuti nec omitti ſolent à diverſæ præfecturæ Quæſtoribus, à quibus transmiſſio delinquentum rogatur, hæ & reliquæ unà cum minutiſſimis expenſæ curioſiſſimè notatæ. Quarum deſignationem unà cum ſignificatione loci, ac temporis tradendi malefici præmittunt.

§. III. Nec prætereundus eſt ipſe captivus ad cujus ſuſtentationem hæc omnia inſtituta. Cui fidum ſe jungit comitem Tortor atque Carnifex, actûs hoſce, quàmvis ingratiſſimos, minimè tamen gratis exerciturus. Quin

rogabit, ut rota conficiatur, patibulum erigatur, ac modò non catenam, laqueumve petit.

§. IX. Adeò verò non gratuita eſt jurisdictio, ut Scabini Richter und Schöppen/ qui tamen nil niſi formulas ceremoniales recitare ſunt docti, fruſtra aſſediſſe nolint: Quantùmvis acta peritis Juris committere coacti ſint, quibus & ipſis, & quidem ex merito, debetur honorarium, Urthel gebühr / Actuarius pro cera & charta, actorum inrotulatione, die acten zu hefften / forſan & pro calamo, & atramento aliquid poſtulabit. Hinc neque ſolus Quæſtor, ſeu qui aliô nomine criminali præeſt Jurisdictioni, Zent-und Blut-Richter/ gratuitam præſtare tenebitur operam, ſed pro termino, pro Protocollo, pro actis, pro directione aliquid annotaſſe non dememinerit.

§. V. Ne omnibus ſuum agentibus animæ periclitantis obliviſcamur, Sacerdotes frequenter ad captivum ablegandi, qui negare forſitan audentem, ad ſpontaneam confeſſionem, ſui agnitionem, vitæ emendationem, extremorum meditationem adhortentur, deſperabundum conſolentur, vacillantem erigant, & quæ plura officii ſui animadverterint, obſervent: prout virum cordatum, prudentem atque expeditum hîc deſideramus. Cujus opera ut mercenaria minimè, ita neceſſaria maximè, & utiliſſima, ſine præmio eſſe non debet.

§. VI. Si qui plures aliquid deſiderant, nomen ſuum apud rerum criminalium Quæſtores profiteri poterunt, Nos in tanto habendi, accipiendique candidatorum numero meritò de præſtantium & exſolventium numero ſumus ſolliciti. Quâ quidem doctrinâ ſuperſedere nos poſſe exiſtimaverit, qui ſuperiori capite de causâ inſtrumentali jam actum recordatur. Verùm enim verò,

rò, quia ibi expendentem ut nudum alicujus negotii geſtorem conſideravimus, & is non de ſuô vult expendiſſe, ſed ſolùm prænumeraſſe, verſchoſſen/ atque hinc ab alio, cujus nomine id factum ſit, vel ad cujus partes id pertineat, recuperare ſatagit; quin aliquandò, juxta proverbium germanicum, ſibi cavet à prænumeratione: Man hüte ſich vor der erſten Außlage / cunctatur, donec juſſu ſuperioris, aut ſententiâ judicis compellatur: Vice verſâ, non rarò ſponte accurrit, alios ut antevertat, & cum illis expendendo certat: ideò non immeritò diverſos hos eventûs, animorumque motûs paulò penitiùs indagare & proponere ſedet animus.

§. VII. Illarum igitur perſonarum, ad quarum officium expenſæ criminalium executionum faciendæ pertinere videntur, plures animadvertere licèt, circa quas difficultas: utra præferenda, aut prægravanda eſſe poteſt. Prima, & quam ſuprà certiſſimam diximus, eſt ipſe director, ſeu Quæſtor, ad quem ab omnibus fit recurſus: Altera eſt Facinoroſus, cujus causâ omnia hæc geri, non admodùm retrò diximus: Tertia eſt Fiſcus, ſeu Ærarium hactenùs, ut perſona myſtica, conſiderandum, quatenùs ab eo ſumptûs petuntur: Quarta denique ſunt Subditi, in quorum terga quidam hoc onus devolvere ſatagunt. Addas quintò in proceſſu ordinariô Accuſatorem.

§. VIII. In cauſis civilibus res minùs intricata, magis expedita videtur, quippe ubi regulariter victus victori in expenſas condemnatur *l. 13. §. 6. C. de Judic. l. 4. C. de fr. & lit. expenſ. §. 1. J. de pœn. tem. lit. C. 5. de dol. & contum. Jul. Clar. l. 5. ſent. §. ult. q. 62. num. 4. Dan. Moll. ad p. 4. Elect. Conſtit. 31. n. 1.* Quæ regula quidem & in criminalibus aliquatenùs procedit *Gail. 1. Obſ. 152. num. 1. Modeſt.*

Piſtor. p. 1. Quæſt. 11. num. 1. Br. in l. 27. §. 15. ff. ad Leg. Jul. de adult. & in l. 1. n. 13. ff. ad SCtum Turpil. Didac. Covar. pr. quæſt. cap. 27. n. 2. Quia tamen magis de accuſatore in probationibus deficiente, quàm de reô convictô exauditur *arg. l. 3. C. de his qui accuſ. non poſſ. Felin. c. 25. de accuſat. num. 3. Matth. Coler. p. 1. deciſ. 214. num. 4. Math. VVeſenb. pr. Inſt. de publ. Judic. num. 11. Matth. Berlich. p. 4. concluſ. 19. num. 1. Modeſt. Piſtor. p. 1. quæſt. 11. num. 5.* Ideò reus ſtatim videtur abſolvendus.

§. IX. Age igitur ordine examinabimus. Proceſſus in cauſis criminalibus, aut ordinarius inſtitutus ad inſtantiam accuſatoris; aut verò Magiſtratus ex officiò inquirit. Priori caſu, dubium non eſt, quin ad officium ejus pertineat, præbere ſumptûs, qui ſibi aliquid præſtari deſiderat, perindè ut in proceſſu civili ſervatur. Id quod expreſsè cautum reperimus in ſanctione criminali *Caroli V. art. 219. verſ.* und iſt darbey *verb.* Es begebe ſich denn / daß ein peinlicher Ankläger den Richter erſuchte / in ſeinen peinlichen Proceſſen / Handlungen und Ubungen / der Rechtsverſtändigen Rath zu begehren / das ſoll auff deſſelben begehrenden Theils Unkoſten geſchehen. Sed hæc generaliùs diſpoſita videntur. In ſpecie igitur quantùm ad reum inopem alendum, ne nimiùm accuſatores graventur, & metu ſumptuum à criminum perſecutione abſterreantur *art. 204. ibi:* Und ſoll ſonderlich ein Ankläger für eines Beklagten Azung und Wartgeld dem Büttel Tag und Nacht / über ſieben Creutzer zu geben nicht ſchuldig ſeyn. Ne verò Accuſatores, cùm maximè in probando defecerint, reo ſatisfactionem detrahant, ſub initium proceſsûs cavere jubentur *art. 12.* Von Verhafftung des Anklägers / biß er Bürgſchafft gethan hat. per tot.

Cujus

cujus verba ibi legi poſſunt. Quæ omnia in pauca contraxit Sereniſſimus Elector Saxoniæ, quandò in ord. prov. de anno 1555. rubr. Von Unkoſten der peinlichen Rechtfertigung diſpoſuit: Sicubi cauſæ criminales in ſuis ditionibus obveniant, quæ ſuos habeant accuſatores, ſumptûs neceſſarios, modò facultates eorum id ferant, ipſimet ſufferre teneantur, ſuperfluis tamen haut onerentur. Cui ſanctioni Dnn. Scabini Electorales in reſpondendo ſe conformare ſolent, idque præſtitiſſe, tûm menſ. Jun. 1624. *per Fridericum à* Schönberg tùm *1622. Menſ. Jan. per communitatem in* Kottwitz / conſultos, teſtis eſt *Carpz. pr. Cr. q. 138. num. 57.* tenor ſententiæ fuit: Dieweil aber dennoch ein Ankläger vorhanden/ auff deſſen Anklage ordentlicher Weiſe wieder den Angeklagten verfahren worden/ ſo iſt ſelbiger Ankläger die Unkoſten abzutragen pflichtig.

§. X. Procedunt hæc tùm in ipſo accuſatore, tùm quôvis aliô partes illius repræſentante, ſive privatus ſit, ſive ipſe Magiſtratus, in proceſſu etiam inquiſitoriô, prout inferius patebit. Hinc in proceſſu quoque Banni adverſus reum fugitivum, ab ipſomet Magiſtratu per mandatarium, ſive Fiscalem inſtitutô iſtud obtinet, ut nempè ſumptùs ex Fiſcô ſuppeditentur, ſcilicet, quia Magiſtratus tali caſu partes accuſatoris ſuſtinet. Notetur tamen declaratio ex verbis Electoris dictô locô: Wann ſie das in Vermögen. Quandò igitur accuſator ob inopiam expenſas ſolvere nequit, ad Magiſtratum pertinebit, ut ſuô locô dicemus. Pariter declaratur, ſuperiora procedere quoad ea, quæ ad actoris intentionem fundandam pertinent: Quòd ſi verò Reus ſuâ contumaciâ v. gr. in non comparendo, litem non conteſtando &c. quosdam cauſatus ſit, ad ipſummet, & eô mor-

tuô hæredes ipſius pertinent ſolvendi, perindè ut in civilibus; quia ceſſat hôc locô ratio, quare à ſumptibus criminalibus excuſandus: per ea, quæ tradit *d. l. Carpz. n. 16. 25. & 59.*

§. XI. Poſteriori caſû & quandò inquiſitoriè proceditur, accidit: illud aut ad petitionem & inſtantiam Delatoris cujusdam, aut propriô motu & ex officiô. Priori caſu ſumptûs incumbunt petenti, in tantùm, ut cautior Judex inquiſitionem haut debeat ſuſcipere, niſi cautione de ſumptibus refundendis antè interpoſitâ; prout dict. *art. 12.* P. H. O. diſpoſitum eſt: So bald der Angeklagte zur Gefängnis angenommen iſt / ſoll der Ankläger / oder ſein Gewalthaber mit ſeinem Leib verwahret werden / biß er mit Bürgen caution / Beſtand und Sicherung / die der Richter für-gnugſam erkand / gethan hat. Quandò igitur de ſumptibus & damnô cavit, ac reus poſteà abſolvitur, utique accuſator ad ſatisfactionem tenetur, & Reus ſummariô proceſſu inſtitutô repetere permittitur *dict. art. 12. in med. verſ.* und damit.

§. XII. Quandò autem ad nudam denunciationem, & ſubminiſtrata indicia proceditur ex officiô, tunc non præcisè pars denuncians tenetur, ſed modò Reus, modò Magiſtratus, modò Accuſator, pro diverſitate circumſtantiarum. Quædam enim quaſi præparatoria ſunt, v. g. Inquiſitio; & ad hanc Magiſtratus ex officiô tenetur, ergò & ſumptûs ejus ſufferre obſtrictus, niſi delator cautione promiſerit, ut jam dictum, & aliquot Scabinorum Electoralium Reſponſis firmat *Carpz. d. l. n. 66.* Quantùm ad victum, alimenta & ſuſtentationem captivi, diſtingvitur, utrum facultates habeat, tunc ſibimet proſpicere tenetur; ſin inops, exhibebit is, ad cujus inſtantiam incarceratus eſt;

aut

aut Magiſtratus, qui propriô motu & ex officiô hoc fecit, *Carpz. n. 22. & ſeqq.* Quæ verò propiùs ad ipſam cauſam faciunt, ſive ad reum convincendum adhibeantur v. g. tortura, & ibidem neceſſarii ſumptûs pertinebunt ad reum, utpotè cui citra ſententiam non irrogatur. *Carpz. n. 28. & ſeqq.* ſive ad eum defendendum v. gr. deductiones innocentiæ, regulariter ipſius fiunt ſumptibus, aut ſi egenus, ex Fiſcô ſuppeditantur. *Carpz. n. 25. ſeqq.*

§. XIII. Quantùm ad pœnas & executionem attinet, has Rei vel expectant, vel præveniunt v. g. morte ſive naturali ſive violentâ & adſcitâ. Quô poſteriori caſu diſtingvendũ utrum reo capitis pœna fuiſſet imponenda, & patebit ex dicendis, adeò ipſum immunem eſſe, ut nec hæredes relinquat obligatos; an mitior & civilis, & eô jam damnatô hæredes tenebuntur; nondùm verò damnatô, quia nec ipſe obligatus fuit, ſequitur quòd neque in hæredes transmiſerit, per vulgatam doctrinam: Quod quis non habet, alteri dare non poteſt: Nemo plùs juris in alium transferre poteſt, quàm ipſemet habet. *Carpz. n. 31. ſeqq.* Quod ſi in eô ſit, ut pœna executioni ſit mandanda; eſt ea vel ſangvinaria, vel levior. Illam ſanè reus non procurabit, quia nemo tenetur gladium præbere ad ſe jugulandum; & quia de ſangvine ſalvandô agitur, non poteſt ex eô capite conveniri, quaſi ſit temerarius litigator, ergò ad judicem pertinebit. *Carpz. n. 2. ſeqq. junct. n. 39. ſeqq.*

§. XIV. Ampliatur hæc doctrina (a) ratione loci, ubicunque etiam reus deliquit. Dantur nimirùm diverſi caſûs, & variè forum ſortitur Reus; Ratione Domicilii, delicti commiſſi, & deprehenſionis; Undè variæ oriuntur quæſtiones. Prima: Quis ex his tribus

 Ju-

Judicibus magis erit obſtrictus ad inquiſitionem contra Reum formandum ? Secunda: Uter ex pluribus ambientibus præ alterô ſit admittendus ? Diverſitas harum quæſtionum, earumque ratio hæc eſt, quòd Reô exiſtente inope, quilibet Prætorum ac Judicum declinet processum, quòd ſciat, ſumptuum factionem ſuo incumbere fiſco, quare intempeſtivè civiles, usque ad ſupremum complementum exiſtunt, & quivis alteri cum honorem delatum cupit; Hinc vel invitus ex iis aliquis eſt eligendus. Econtrà, ſi bolus offeratur pinguior, & reus opulentus, inſtar vulturum accurrere, ſequè mutuò prævenire ſolent, ſuæ Jurisdictionis ampliationem prætendentes; Quare res dividenda, ut ſuum cuique tribuatur. Ad priorem quæſtionem reſpondeo, quòd Judici loci, ubi reus repertus, potiſſimùm incumbat inquiſitio, & conſequenter impenſarum onus *Carpz. pr. Cr. q. 110. n. 73.* quem laudat, ac ſequitur *Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. exer. 9. Th. 47.*

§. XV. Ad poſteriorem quæſtionem reſpondetur primò, quòd Judex loci, ubi delictum publicum commiſſum, contra reum, etiam abſentem procedere poſſit, *l. 3. pr. ff. de re milit. l. 28. §. 15. ff. de pœn. l. 22. ff. de accuſ. c. ult. de for. comp. Carpz. d. tract. q. 110. n. 46.* Sed ob privata delicta eſt noviſſima Electoris Saxoniæ *deciſio 98.* Ratio differentiæ eſt, quòd hôc poſteriori caſu, non ad Bannum, ſed ut plurimùm civiliter agatur: wird nicht auff die Acht und Verfeſtung geklagt, adeoquè propiùs accedunt ad contractûs. In publicis publicum quoquè vindicatur intereſſe, debetquè ibi fieri territio, ubi facta fuit allectio ad delinquendum. Secundò ubi reus delatus apprehenſusque eſt, licèt nec domicilium habeat, neque delictum ibidem admiſerit,

ju-

judex eſt competens *l. 1. C. ubi de crim. ag. oport.* & ad inquirendum tenetur. *Conſt. prov. Elect. Saxon. rubr.* von Unkoſten peinlicher Rechtfertigungen §. wirden ſie aber *Carpz. q. 138. n. 49.* Neque obſtat, Remiſſiones eum in finem eſſe introductas, ut in locô delicti ſumatur exemplum, ubi datum eſt ſcandulum *l. 7. §. fin. ff. de accuſ. l. 7. ff. de cuſt. reor. Nov. 134 c. 5.* Quia moribus hodiernis neceſſitas in civilitatem eſt converſa. *Carp. q. 110. n. 57. ſeq. B.* Richter *Deciſ. 13.*

§. XVI. Sed quid ſi in duorum territoriis delictum ſit commiſſum, in unius inchoatum, in alterius conſummatum? An prior, ſi velit, admittendus, aut ſi nolit, compellendus? Quæſtio præjudicialis reſolvenda: Utrùm crimen inchoatum eſſe ſufficiat? Quod negat *Carpz. q. 110. n. 18.* quia qualitas patientis magis, quàm agentis ſpectanda, hoc eſt, ut explicandum venit: quia delictum non ſolâ lædentis actione, ſed & patientis receptione conſtat, ac tùm demùm perficitur, quandò utrumq; concurrit. Ergò inchoatum eſſe nõ ſufficit, & conſequenter ille competens erit, in cujus territoriô ſtetit læſus. Sed videntur hôc modô confundi ſeparanda; Neq; enim convertibilia ſunt. Inchoatio, & actꝰ lædentis: conſummatio & paſſio læſi; ſed casûs dari poſſunt, ubi cum ipsâ inchoatione, & lædentis actione ſtatim ſit aliqua læſi receptio ſeu paſſio, licèt non hujus præcisè delicti, in quod actus inchoatus tandem exiit, ſed aliûs cujusdam, v. gr. in territoriò unius vulneravit, in alterius occidit: Annon ergò territorii Judex, in quò vulneravit, competens erit quoad vulnerationem, conſequenter præhendere poterit? aut putasne prudenter & è re ſuâ acturum, ſi priùs velit eum Judici loci, ubi occidit, puniendum permittere, ac dein recipere? Quid enim

ſi

ſi gladii pœnâ affecerit? Aut ſi mu'ctam impoſuerit, ſanè ita emulſit & emunxit, ut parum lactis ex hôc ubere ſit ſperandum.

§. XVII. Eſt igitur exemplum Carpzovii nimis ſpeciale, & ad ſolum exploſi ſclopeti caſum applicabile; ubi exploſio ſclopeti, tanquàm actio lædentis, diſtinctum quid conſtituitur à trajectione inſequente, quâ læſus globô petitur. Cùm tamen (1.) unô momentô utrumq; contingat (2.) hôc modô in transfosſione per gladium idẽ veniret ſtatuendum, ut elevatio, tanquam diverſus actus, conſtituat delicti inchoationẽ, transfoſſio ſubſequens delicti conſummationem: quod tamen non memini ab aliqvô ſtatutum. Ergò deberent alii actûs, ſcilicet tractum aliquem temporis continentes adferri, v. gr. colluctatio in unô locò cœpta, & usque in alium protracta? ubi fuga & perſecutio, mutuaque pugna integrum & perfectum actum, tàm ſub initio, quâm in mediô & fine habet, atque adeò in quôvis territorio perfectè commiſſa: atque hinc utrique Judici verum dat fundamentum inquirendi, puniendive: Quare concludo: poſſe & Judicem loci ubi delictum inchoatum, apprehendere Reum, & usque dum ſibi ſit ſatisfactum retinere: Eſt enim & occupatio ſeu prehenſio juſtus acquirendi titulus: ac tùm demùm alteri, ubi conſummatum eſt, puniendum reddere, quia tunc actio civilis non præjudicat criminali.

§. XIIX. Quid ſi in confiniô diverſarum Jurisdictionum crimen ſit admiſſum? *Dn Lymnæus de Jur. publ. lib. 4. c. 9. n. 180. & 205.* locum dat ſorti. Mihi pariter beati poſſidentes videntur, & ſufficere, vel ex titulô prehenſionis poſſidere. Ne, dum alter alterum expectat, delicta maneant impunita, ad quorum tamen

tamen vindicationem quòvis modô ſunt alliciendi, hôc præcipuè caſu, ubi veroſimiliter plus impenſarum faciendum, quàm lucrum ſperandum. Neque ſic collidimus vicinos & confines, tanquam ad arma ſint deventuri: Rariſſimè enim contingit, ut ùterque ſimul accurrat, ſi ergò prior alterum vocare & expectare teneretur, fieret miniſter alterius; ſi cadaver non cuſtoditum relinqueretur, poſſet intereà à reo auferri & ſic corrumpi, ut neceſſaria per medicos inſpectio, aut planè non, aut ſine fructu expediri queat: & ſi quæ alia metuenda inconvenientia. Ponas verò, utroſque ſimul adeſſe, nulla lis erit inter eos, qui ſcient, communi tunc ope, conſiliô, ſumptu proceſſum expediendum, & tùm demùm alteri ſoli honorem deberi, ſi alterum anteveneril: Dum igitur ad præmium in medió poſitum qvivis accelerat, Juſtitiæ meliùs proſpicitur.

§. XIX. Ampliatur ſupra tradita doctrina (2.) ratione objecti, quorſumcunque ſumptûs ſint impendendi. Nimirùm ſunt varii casûs, ſicut cap. ſequenti de objectô patebit. vid. interim *Carpzov. q. 138. n. 50. ſeqq.*

§. XX. Patitur tamen hæc doctrina ſuas quoq; limitationes: ac declaratur (1.) in caſu homicidii, quandò hæredes occiſi locupletem captant hæreditatem, neque tamen necem ejus vindicare, ſed judicis officio id imponere malunt. Quia enim æqvum eſt, ut onus ſequatur eum, qui captat lucrum, & casûs, quibus Fiſcus gravetur, non ſunt multiplicandi, ideò ſic inter Fiſcum & hæredes negotium dividitur, ut ille inquiſitionem & cæteros labores ſuſtineat, Hi tamen ex hæreditate defuncti compenſent & reficiant. *Carpz. q. 34. n. 90. ſeqq.*

& q. 138. n. 68. (2.) in caſu confiſcationis bonorum, quæ quibusdam caſibus hodienùm obtinet. *vid. Carpz. q. 135. n 24. ſeqq.* Ibi enim pariter tantum bonis confiſcandis detrahitur, quantum ad expenſas opus fuit, quod ſupereſt, demùm fiſco infertur, atque caſu præcedenti inter hæredem occiſi & Judicem partitio inſtituebatur. Aut ſi jus confiſcandi ad alium quàm Magiſtratum inquirentem, forſan Principem, ſpectet, tunc ſumptûs criminales Magiſtratui reſtitui debent, juxta manifeſtam ſanctionem Auguſti Electoris Saxoniæ, in ſuprà laudatâ ordinatione Provinciali de Anno *1555. Rubr.* von Unkoſten Peinlicher Rechtfertigung.

§. XX. Omnium autem potiſſima limitatio eſt, ſi ſtatutô, vel conſvetudine introductum, ut ad Subditos faciendæ expenſæ pertineant. Pro quorum quidem exoneratione poſſet adſerri (1.) valdè inæqualem eſſe munerum & honorum diſtributionem, ut Magiſtratus, qui aliàs omnes ante ſubditos dignitate excellit, eosque multis paraſangis poſt ſe relinquit, in muneribus quoquè & oneribus, quæ tamen ad illam ipſam prærogativam & excellentiam conſervandam, exercendamq; pertinent, ſublevari, & in miſeros transferre ſubditos geſtiat: Cùm ad quem honos Jurisdictionis eſt delatus, is ſuis ſumptibus actûs ! iſthûc conferentes debeat exercere, ne unus videatur in omnibus gravari, alterô in omnibus immuni exiſtente. Nam & (2.) Statuæ, quæ qvondam Præſidibus & aliis Magiſtratibus decernebantur, ſumptibus illorum erigebantur *l. fin. C. de ſtat. & imag.* Sic, ut nudô honore oporteret eos eſſe contentos, ne illorum gaudium provincialibus eſſet luctuoſum: quin & ſi qua ſtatua Principi erigeretur, ſumptûs ex fiſcô ſumebantur. *l. 3. C. eod.* Accedit (3.) qvòd

quòd ad Magiſtratum perveniant aliàs multi reditûs, v. g. bonorum vacantium, compendia item mulctarum, in hunc ipſum uſum iis deputati. Neq; (4.) tenebuntur ſubditi ſibi ipſis furcam, gladium, & quæ reliqua ſunt mala, ſuô jumentô arceſſere, ſed viderit ipſe, qui eos cruce hâc ſtudet afficere, undè nanciſcatur! Sed uti hæc omnia vera ſunt in theſi, & ubi nondùm aliquid eſt introductum: ita conſvetudo, tanquàm lapis philoſophicus, hæc omnia immutat, & inſtar arbitri ſecus definit. Nequè adeò in contrarium facit, quòd primô locô fuit adductum: quia hi ſumptûs non pertinent ad actûs honoris exercendos, ſed juſtitiam adminiſtrandam: Qui, quoniam in gratiam totius communitatis, & in ſingulorum utilitatem pertinent, ita non poteſt juberi, ut onus hoc ſuismet ſumptibus in gratiam aliorum ſufferat Magiſtratus.

Cap. IV.

IN QVOS ACTUS CRIMINALES QVID, QVANTUMVE IMPENDATUR.

§. I.

CAuſa materialis vel ſubjectiva eſt, de quâ hactenùs, vel objectiva, circa quod aliquid verſatur, & in quô conſiſtat. Nequè verò longe abeundum erit, ad inveſtigandum illud: Cujus ergò ſumptûs criminales faciendi? ex ſuprà dictis conſtat, proceſſum criminalem diverſis actibus, iisquè oppidò ſumptuoſis conſtare; Quapropter videndi nunc erunt, qui, & quot

ſint, quantumvè ſumptuum deſiderent: quod commodiùs fieri vix poterit, quàm ordinem judicij ſequendô.

§. II. Ante omnia autem conſtare oportet de corpore delicti h. e. de veritate facti, an reâpse contigerit id, quod garrula fama refert: Et hàc in ſpecie, quantùm ad crimen homicidii pertinet, elevatio & inſpectio cadaveris: ad quam non perſonæ modò plures reqviruntur, quibus ſuum debetur ſalarium v. gr. Prætor cum Scabinis, & lictore, Notario deniquè ſingula, prout animadverſa fuerint, literarum monumentis conſignante. Medicorum inſuper judicium ſuper lethalitate vulneris exquirendum, ad quod Chirurgi etiam adhibentur jurati, geſchworne Ambts-Balbier; Verùm, quia in rem præſentem eundum eſt, ac pro amplitudine territorii cum apparatu, non poſſunt non ſumptûs excreſcere & multiplicari. Ne tamen pro arbitrio cujusquè dandum ſit cum jactura ſeu Accuſatoris, ſeu Fiſci, aut ſubditorum, conſveverunt Principes & Statûs pro ſuperioriate territoriali, quâ pollent, rem intra certos cancellos redigere, atquè in publicum emiſſis conſtitutionibus definire, uti exemplô eſt Reverendiſſimi & Sereniſſimi Principis ac Domini, Dnn. Auguſti, Poſtulati Adminiſtratoris Primatûs & Archi-Epiſcopatûs Magdeburgenſis, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium &c. Domini ac Principis mei Clementiſſimi Conſtitutio de *Anno 1657. d. 7. April.* publicirte Verordnung/ wie es in dero Ertzſtifft Magdeburg ieder endes beſtalten Gerichten / bey den Prælaten / Ritterſchafft / Ambtern / Stedten und andern Gerichts Befehlighabern/ mit Nehmung dert Gebühren und Gerichts-Sportuln von den Unterthanen zuhalten. Cum quâ, quoniam concordat potentiſſimi

Ele-

Electoris Saxoniæ Taxa und moderation, welcher Geſtalt es künfftig in den Churfürſtl. Ambtern/ auch in den Städten und Gerichten auff den Lande/ in Peinl. Bürgerl. und Hülffs-Sachen/ auch ſonſt allenthalben gehalten werden ſoll/ utramque conſtitutionem jungemus.

§. III. Qvantùm igitur primô ad ſumptûs elevatorios Hebgeld/ attinet, in Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi in Univerſum unus eſt Joachimicus, ita inter occupatos diſtribuendus, ut Prætori tertia, Lictori quarta, Notario octava, Scabinis duobus, quod eſt reſiduum, cedat. Den todten Cörper auff zu heben wenn es über die Meile läufft/ Fuhrlohn mit eingerechnet 1. Thal. in alles/ davon 8. Gr. dem Beambten oder Richter/ 7. Gr. zweyen Gehülffen/ iedem 3. Gr. 6. Pf. 6. Gr. dem Land-Knechte/ und 3. Gr. dem Schreiber/ ſo regiſtriret. Ac qvoniam pro fundando futuro proceſſu, & corpore delicti demonſtrando certum de cadavere ſumitur indicium, & pro illo actu floreni quadrans ſolvendus 5. Gr. 3. von einem Leib-Zeichen abzulöſen.

§. IV. De Medicis & Chirurgis eqvidem ibi nihil diſpoſitum, videlicet, qvòd operam haut mercenariam præſtent, partim qvòd diſcretioni eorum relinqvatur. Sic à Nobiliſſimo atq; Experientiſſimo Domino Auguſtino Henrico Faſchio Archiatro Ducali Saxo-Jenenſi, & Profeſſore publicô ordinariô certior ſum factus, qvòd jam laudatus Dn. Faſchius ad requiſitionem, vel per amicabilem petitionem & allocutionem, ſi in hâc Qvæſturâ Jenenſi; vel per literas factam, ſi extra Qvæſturam hujus loci, multifarias peregerit inſpectiones, ſemperqve honorarii locô pro nuda inſpectione unum, pro ſectione verò & judiciô ſuper letalitate vulneris, duos Joachimicos acceperit, Chirurgus

ſint, quantumvè ſumptuum deſiderent: quod commodiùs fieri vix poterit, quam ordinem judicij ſequendô.

§. II. Ante omnia autem conſtare oportet de corpore delicti h. e. de veritate facti, an reâpse contigerit id, quod garrula fama refert: Et hâc in ſpecie, quantùm ad crimen homicidii pertinet, elevatio & inſpectio cadaveris: ad quam non perſonæ modò plures reqviruntur, quibus ſuum debetur ſalarium v. gr. Prætor cum Scabinis, & lictore, Notario deniquè ſingula, prout animadverſa fuerint, literarum monumentis conſignante. Medicorum inſuper judicium ſuper lethalitate vulneris exquirendum, ad quod Chirurgi etiam adhibentur jurati, geſchworne Ambts-Balbier; Verùm, quia in rem præſentem eundum eſt, ac pro amplitudine territorii cum apparatu, non poſſunt non ſumptûs excreſcere & multiplicari. Ne tamen pro arbitrio cujusquè dandum ſit cum jactura ſeu Accuſatoris, ſeu Fiſci, aut ſubditorum, conſveverunt Principes & Statûs pro ſuperioriate territoriali, quâ pollent, rem intra certos cancellos redigere, atquè in publicum emiſſis conſtitutionibus definire, uti exemplô eſt Reverendiſſimi & Sereniſſimi Principis ac Domini. Dnn. Auguſti, Poſtulati Adminiſtratoris Primatûs & Archi-Epiſcopatûs Magdeburgenſis, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium &c. Domini ac Principis mei Clementiſſimi Conſtitutio de *Anno 1657. d. 7. April.* publicirte Verordnung/ wie es in dero Ertzſtifft Magdeburg jeder endes beſtalten Gerichten / bey den Prælaten / Ritterſchafft / Ambtern / Stedten und andern Gerichts Befehlighabern/ mit Nehmung der Gebühren und Gerichts-Sportuln von den Unterthanen zuhalten. Cum qua, quoniam concordat potentiſſimi

Ele-

Electoris Saxoniæ Taxa und moderation, welcher Geſtalt es künfftig in den Churfürſtl. Ambtern/ auch in den Städten und Gerichten auff den Lande/ in Peinl. Bürgerl. und Hülffs-Sachen/ auch ſonſt allenthalben gehalten werden ſoll/ utramque conſtitutionem jungemus.

§. III. Qvantùm igitur primò ad ſumptûs elevatorios Hebgeld/ attinet, in Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi in Univerſum unus eſt Joachimicus, ita inter occupatos diſtribuendus, ut Prætori tertia, Lictori quarta, Notario octava, Scabinis duobus, quod eſt reſiduum, cedat. Von todten Cörper auff zu heben wenn es über die Meile läufft/ Fuhrlohn mit eingerechnet 1. Thal. in alles/ davon 8. Gr. dem Beambten oder Richter/ 7. Gr. zweyen Gehülffen/ iedem 3. Gr. 6. Pf. 6. Gr. dem Land-Knechte/ und 3. Gr. dem Schreiber/ ſo regiſtriret. Ac qvoniam pro fundando futuro proceſſu, & corpore delicti demonſtrando certum de cadavere ſumitur indicium, & pro illo actu floreni quadrans ſolvendus 5. Gr. 3. von einem Leib-Zeichen abzulöſen.

§. IV. De Medicis & Chirurgis eqvidem ibi nihil diſpoſitum, videlicet, qvòd operam haut mercenariam præſtent, partim qvòd diſcretioni eorum relinqvatur. Sic à Nobiliſſimo atq; Experientiſſimo Domino Auguſtino Henrico Faſchio Archiatro Ducali Saxo-Jenenſi, & Profeſſore publicô ordinariô certior ſum factus, qvòd jam laudatus Dn. Faſchius ad requiſitionem, vel per amicabilem petitionem & allocutionem, ſi in hâc Qvæſturâ Jenenſi; vel per literas factam, ſi extra Qvæſturam hujus loci, multifarias peregerit inſpectiones, ſemperqve honorarii locô pro nuda inſpectione unum, pro ſectione verò & judiciô ſuper letalitate vulneris, duos Joachimicos acceperit, Chirurgus

gus verò unum florenum, refuſis tamen unicuiq; expenſis itineris. In Archi-Epiſcopatu non unum idemque ſolvitur, ſed pro ratione itineris, aliarumque circumſtantiarum plus, minusve expenditur.

§. V. Judicium fundatur in citatione, quæ vel ordinaria & verbalis eſt, per literas, ut plurimùm, expedienda, pro quâ quinque groſſi permittuntur annotari in laudatô Primatu. 5. Gr. von einer peinlichen citation. Sed in Electoratu Saxonico parum ampliùs, quarta ſcil. pars floreni Miſnici: einen Orths gülden von einer peinlichen Citation: quod ſi in locô delicti per lictorem affigenda veniat, ſeptima floreni pars eidem debetur ibidem. 3. Gr. dem Land-Knechte von einer peinlichen Citation in loco delicti anzuſchlagen. Sin Reus fugitivus in peregrino latitet territorio, & Judex loci de eo præhendendo cuſtodiendove requirendus veniat, in Electoratu indiſtinctè quincunces debentur 5. Gr. von einen Hafft-und Steck-Brieffe. Sed in Archi-Epiſcopatu plùs, minùsve 5. oder 6. Gr. von einem Hafft- oder Steck-Brieffe. Accuſator, licèt non citetur, in vim tamen citationis terminus ipſi per ſcedulam, Denck-Zettul / intimandus, pro qua unus ponitur groſſus, einen Groſchen von ſeinem Tage-Zettul an ſtatt der Citation.

§. VI. Citatio realis, eſt ipſa captivatio, pro qua tùm inchoanda, tùm continuanda Lictoribus præmium aliquod conceditur, quincunces videlicet utrobique, & in utroque territorio pro prima prehenſione 5. Gr. dem Landknechte vor dem erſten Angriff. Sed in ea continuenda, in præfectura Auguſtoburgenſi quotidiè unus groſſus 1. Gr. Stock-und ſitze-Geld von iedem Gefangenen Tag und Nacht: Aut ſi extra locum præfectu-

fectura captivum quendam detineat, florenus unus. Cœteroquin ubi imputantur alimenta captivi, in ſingulas ſeptimanas dimidia pars floreni permittitur: einen halben Gülden wöchentlich auff Koſt- und ſitze-Geld. Sed in Præfectura Delitiana quotidiè duo groſſi. Quòd ſi & compedes applicandi veniant, tàm pro ligatura, quàm relaxatione ſexta pars joachimici indulta eſt. Vier Groſchen einſchlieſſe Geld dem Landknechte / vier gr. eidem wieder außſchlieſſe Geld.

§. VII. Ponamus fugitivum ad reditum, & ſtitionem ſpontaneam ſe offerre, ab agnatis autem occiſi, vel ab incarceratione judiciali metuat ſibi, ſvadendum erit ipſi, ut de ſalvo conductu ſit ſollicitus, cujus impetratio quidem ſumptuoſa, quia tamen durum eſt, è carcere & vinculis cauſam dicere, tantillum pecuniæ in tempore negligere magnum erit lucrum. Eſt autem alius conductus particularis ad unum terminum judicialem, alius univerſalis ad totam cauſam. In Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi quadrans imperialis, pro priori, triens, vel ſemis pro poſteriori ſtatutum invenitur, 6. Gr. von einem Geleite zu einen Termin/ 8. auch 12. Gr. von einem ſichern Geleite / nach dem die Sache wichtig. In Electoratu Saxonico ſemis floreni Miſnici: einen halben Gülden von einem peinlichen Geleits-Brieffe. Et cùm ſalvus conductus abſque ſatisdatione haut præſtetur, ſicuti reliquæ cautiones actis inſeruntur pro certo honorario v. g. 5. Gr. von Verſtand und Gewehr zu regiſtriren / dubiò procul neque hæc ſcriptura erit gratuita,

§. VIII. Quando captivus ad inſtantiam alterius judicis ad locum delicti commiſſi eſt remittendus, tunc unà cum notificatione temporis & loci, traditionis

nis faciendæ, transmitti ſolet ſpecificatio ſumptuum hactenùs factorum, quæ quia in facto conſiſtit, & pro varietate circumſtantiarum uniformis eſſe non poteſt, omiſſa eſt, moderata tamen utique erit. Quoniam autem remiſſio urbanitatis gratiâ hodiè, & ſub lege viciſſim gratificandi contingit, hinc receptum eſt, ut id literis certis reverſalibus promittatur, pro quibus & ipſis aliquid licitum eſt annotare. 5. gr. von einem Revers/ wenn ein gefangener in andere Gerichte gefolget wird. In præfectura autem Molari, in der Möllen Vogtey zu Magdeburg/ pro extraditione captivi tres imperiales, forſan per diviſionem, & inter omnes occupatós diſtribuendi debentur 3. Thaler von Ausantwortung eines gefangenen in der Möllen-Vogtey/ in andern Gerichten bleibet es wie herbracht.

§. IX. Præſentiâ rei quocunquò modò obtentâ cauſæ cognitio inſtituitur, vel privatim & minùs ſolenniter: Ubi ſolùm amicabile examen inſtituitur, factô certis articulis inclusô, eidemque propoſitô: Ubi Judici quatuor groſſi, utrique Scabinorum tres, Notario quinque debentur. Si reus inficiatur, convincendus eſt probationibus; Res ſumptuoſa quidem, ſed neceſſaria. Teſtes citandi, qui actus tribus groſſis compenſatur, 3. Gr. von einen Zeugen zu citiren. Præſentes jurati deponunt, effata eorum calamô excipiuntur, in ordinem rediguntur, & ſic manûs Notarii, & operas Judicis occupatas tenent. In Archi Epiſcopatu igitur noſtrô in ſingulas teſtium perſonas 10. Gr. In Electoratu Saxonicò dimidius florenus; Siquidem articuli ſint infra quindecim: Sic tamen ut modus ſervetur in numerô teſtium adhibendorum, ne maximus excedat ſeptenarium. 10. Gr. von einen Zeugen zu examiniren

niren/ die Ausſage zu protocolliren und in gewöhnliche Registratur zu bringen/ auff den Fall der Articul nicht über 15. ſin usque ad triginta fuerint, duplicatur quoque ſalarium, de quo in *Conſtit. Elect. Saxon.* ita cavetur: Da aber der Articul über 15. und doch nicht mehr denn 30. wären/ ſoll ein Gülden von einem Zeugen in peinlichen Sachen zu Gebür genommen/ zu Verhütung unnöthiger Unkoſten auch der Zeugen über 4. 5. 6. oder zum meiſten 7. Zeugen nicht zugelaſſen werden.

§. X. Fugientem facilè eſt fugare, proverbiô dicimus. Reo vitam & ſangvinem tueri, eumque in finem innocentiam ſuam oſtendere ac deducere, integrum eſt. Et ſi ipſe ad hoc non ſit idoneus, Advocato, quô potiri poteſt optimô, utatur, quem ſi non poſſit in vicinia nanciſci, quando ob adverſarii potentiam fieri non poteſt, è longinquo accerſendus, interim duplicantur lateres, ſumptûs viales accedunt reliquis. Sicuti & quando inſpectio ocularis neceſſaria eſt, ablegandæ ſunt perſonæ judicio addictæ, viaticô opus eſt. Cui proſpectum eſt Conſtit. Elect. Saxon. Wenn auch in peinlichen Sachen über Land verreiſet werden muß/ ſoll es der Advocaten und Notarien halber bey dem außſchreiben verbleiben. Von den Ambts-Perſohnen aber mehr nicht/ denn Tags und Nachts ein halber Gulden/ als viertehalben Groſchen Miet-Lohn/ und 7. Groſchen vor Zehrung genommen werden.

§. XI. Ad hæc omnia neceſſum eſt, acta confici, quæ dum operas Notariorum exercent, eorumque manûs tenent occupatas, honoraria iis ſolvi opus eſt: Semiſſem autem in ſingula folia conſtitutum legimus Edictô Magdeburgicô 6. Pf. Copial-Gebühr von iedweden Blate. Quoniam autem multum char-

ta conſumere, & parum tamen inſcribere conſveverunt, Saxo Elector diſtinctius cavit, ut ſingulæ columnæ ſex ſupra viginti lineas capiant, altero tantô pretiô additô. 1. Gr. von iedem Blat Copial-gebühren / doch daß auff eine Seite 26. Zeilen und nicht drunter geſchrieben werden. Item 1. Gr. von iedem Product in peinlichen Sachen zu regiſtriren. In præfectura Delitiana duodecim groſſi penduntur] Quæſtori pro conſignando examine 12. Gr. von einer Ubrgicht auff zu zeichnen dem Schöſſer.

§. XII. Incidunt dubia, res refertur ad Principem, aut requirendum eſt conſilium à ſapientibus: ibi quatuor, hîc quinque groſſi pro labore conſtituti ſunt, duo deniquè pro quavis alia Epiſtola familiari 4. Gr. von einem Bericht nach Hoffe / 5. Gr. von einer Urtheils Frage. 2. Gr. von einer Miſſiv. Labor peculiaris eſt actorum colligendorum ligandorumve, qui vocatur inrotulatio actorum, ac compenſatur quinque groſſis 5. Gr. pro inrotulatione actorum. Appellunt reſcripta ex Aulis, reſponſa prudentum ex Academiis, vel Scabinatibus, interlocutoria ſint an definitiva publicanda, qui actus, incluſô exemplari, compenſatur uno groſsô. 1. Gr. vor Publicirung des Urthels / und Copiam davon.

§. XIII. Abſolutus Reus è carcere non dimittitur absque ejuratione privatæ vindictæ, quæ Uhrfriede & Urphed vocatur, vel quòd ſecuritatem polliceatur, vel quòd diffidationi renunciet, pro hujus actûs exercitio Præfectis in Archi-Epiſcopatu poſiti decem groſſi 10. vor einen Urpheden. Sed in Electoratu Saxon. dimidius florenus. ein halber Gülden vor einen Uhrfriede. Damnatus haut acquieſcit, ſed mediante

leu-

leuteratione ſententiam à viribus rei judicatæ ſuſpendit. Sumptûs utrobique ſunt tres groſſi 3. Gr. von einer Leuterung zu regiſtriren.

§. XIV. Indiciis gravatus cùm diluere, ſeque purgare contrariis, iisque ordinariis probationibus aut juramentô nequit, torturæ ſubjicitur, muß es in ſcharffer Frage erhalten / quam & ipſum Tortor. ſine mercede neutiquâm ſuſcipit, ſed in ſingulos actûs binos florenos Miſnicos, ſeu imperialem integrum cum dodrante accipit, 1. Thaler 18. Gr. von einer ieden Tortur. Quod non obſervatur, ſed Carnifex pro territione & Tortura, fuſtigatione & pœna ult: ſupplicii tres florenos, 3. gute Gülden / tàm in Quæſtura Wanslebienſi, quàm præfectura Gärmerslebienſi, aliisq; in locis ſuſcipit. Nec ſolus comparet, ſtipatus famulitiô uterq; eques viaticum exigunt: dimidius florenus ein halber Gülden aufs Pferd Tag und Nacht Zehrung / doch daß Er über zwey Pferde nicht mit ſich nehme. In præfectura Deliciana lictori pro tortura quinque groſſi, ſed Scabinis præſentibus ſesquitalerus anderthalb Thaler Richter und Schöppen / wenn ſie bey einer peinlichen Frage ſeyn / wie von einer Hülffe.

§. XV. Sententia definitiva fertur, dictatûr pœna extraordinaria v. gr. fuſtigatio, quam relegatio ſemper comitatur, utrumque actum exequitur Carnifex, in ejusque compenſationem accipit joachimicum integrum cum quadrante 1. Thal. 6. gr. von einen Staupenſchlag vor iede Perſohn. Sin Lictor ſolus ſolam perficiat ac ſimplicem relegationem, quinque groſſi in primatu Magdeburgenſi, ſed quarta floreni pars in Electoratu merces exiſtunt ein Orthsgülden von ieder Verweiſung ſo der Landknecht verrichtet.

§. XVI. Pœna capitalis non niſi ſolenni judiciô, ac conſeſſu dictatur, & executioni mandatur: Triduô tamen antè præmoneri ſolet damnandus, ut ad mortem paratior accedat; Sacerdotes igitur ipſum ſolaturi admittuntur, quorum uni peccatorum confeſſionem edit, & ſacrô viaticô ab eodem inſtruitur, adjunguntur & qui ad ſupplicio deſtinatum comitentur locum: Imperialis dimidius Sacerdoti in vicem honorarii pendtiur 12. gr. dem Prædicanten/ ſo den armes Sünder getröſtet.

§. XVII. Poſtrema cœna lautior apponi, & vulgò Henckermahlzeit vocari conſvevit: An forſan quod carnificem acceperit convivam, ut eidem adſveſcat, & alterô mane minùs ab eodem metuat, inq; ſacris meditationibus turbetur.

§. XIIX. Judicium criminale multo cum apparatu ordinatur, ſedilia ſub dio per lictorem collocantur, gladius, baculus, ferrea chiroteca adponuntur, aſſidet cum Scabinis Prætor, comparet vindex ſangvinis, ad reſtim vocans reum, repetitur confeſſio, ſequitur ſententia condemnatoria, fractô baculô ſubſelliisque everſis conſurgitur, damnatus Carnifici relinquitur. Lictori pro conſtructione & adornatione hujus apparatûs in utroque territorio quadrans floreni Miſnici ſolvitur 5. gr. 3. pf. dem Landknechte in allem/ vor Beſtellung des Gerichts/ Setzung der Bäncke/ und Außruffung des Gerichts.

§. XIX. Vindex ſangvinis pro moribus locorum honoratior eſt, neque mercenariam præſtat operam. Alicubi è Lictoribus unus id peragit. Atque adeò mercedem cûm ſui ſimilibus accipit 10. gr. 6. pf. dem Blutſchreyer/ wofer ne es alſo herkommen/ ſonſten

ſten aber nichts. Cum Judice æquale honorarium accipit Notarius: Scabinorum ſinguli medietatem. 10. gr. 6. pf. dem Richter 5. gr. 3. pf. iedem Schöppen/ 10. gr. 6. dem Gerichts-Schreiber.

§. XX. Cúm hæc omnia agenda ſunt, alicubi locorum ſignum aliquod companâ, Maleſitzklöcklein/dictâ dari ſolet, pro cujus pulſione quid pendatur, noverint illi, apud quos uſitatum eſt. Deductio, ut cum actui convenienti pompa fiat, adhibitis aliquot armatis ex ſelectis ſubditis dem Ausſchuß/Folge/expeditur; qui & ipſi fugitivum capientibus, & captivum deducentibus lictoribus tuendis adhiberi ſolent: Hos inter globuli plumbei cum pulvere ſclopetario diſtribuitur, quod ipſum cenſui expenſarum additur.

CAPUT. V.

DE JUSTITIA ET MORALITATE EXPENSARUM.

§. I:

Cùm operarins dignus ſit ſuâ mercede, & nemini officium eſſe debeat damnoſum; Sic in capite antecedente, ubi de variis actibus, in quos expenſæ criminales impenduntur, eſt actum, Judici pro labore in ejusmodi actibus conſumpto ſportularum locô aliquid conceſſimus.

§. II. De jure quidem veteri Judici ordinario penitus nihil, tàm in civilibus quàm criminalibus, nec pro Sportulis, nec alio modô ſolvebatur, cùm ſalarium, quo contentus eſſe debebat, illi ex publico erat conſtitutum, & ſic jurisdictionem nullô partium ſumptu exercere, ſed Juſtitiam gratis adminiſtrare illum oportebat.

 l. fin

l. fin. C. ad Leg. Jul. Repetund. Nov. 17. c. 1. Pedanei verò ut & delegati Judices præter Salarium non adeò amplum, nimirum duas auri libras, quas annnatim ex publico percipiebant, ab utraque litigantium parte lite conteſtatâ duos aureos, illâque finitâ iterum duos ſportularum nomine exigebant, non tamen in omnibus cauſis, ſed quæ centum aureos excedebant. *l. 12. C. de prox. Sacror. ſcrin. Nov. 82. c. 9.*

§. III. Aliàs Svidas, locô aliquô, ſuffragiò ſuô confirmat, quòd decima pars ejus, quod à debitore petebatur, ſportularum locô judicibus fuerit ſoluta: Sicuti pars hodienum decima jure Regiò Hiſpaniæ, quæ forſitan ab ipſa ſportularum penſione originem deduxit, ex executionibus ſolvitur. *Parlador. lib. 7. rerum quotid. cap. fin. §. uni. n. 2. 3.*

§. IV. Verùm enim verò hodiè ubivis fermè locorum Judices, etiam ordinarii, forſan quòd adeò magnum ſalarium, undè ſe ſuosque ſuſtentare queant, non habeant, ſportulas ſumunt ſecundùm conſvetudinem & ſtatuta locorum *gl. in auth. offeratur. C. de lit. conteſt.*

§. V. Num conſultius, ut Judici certum annuatim ſalarium ex ærario decernatur, an verò ut ipſi expenſæ à litigantibus accipiendæ aſſignentur? quæri ab aliquo poſſet. Et nullum ſanè eſt dubium, quin à parte ipſius Judicis multò ſit tutius ac meliùs, ut certum ex publico capiat ſtipendium, utpote, qui in ſportulas à litigatoribus poſtulando, & ſæpiſſimè extorquendo, nullam impendere debet operam, ſed ſuum à Fiſco, vèl ab alio, quem Fiſcus ei delegat, poſtulabit, modò tale ſit ſtipendium, quo quis quietus ac contentus eſſe poteſt.

§. VI. Sed, cùm Judice certum ſtipendium habenbe-

bente, licèt habeat nomē, quòd Fiſcus illud expendat præbeatque, crumena tamen ſubditorum hoc maximè perſentiſcat; & hôc modô innocens cum nocente, & annos per multos nullam planè habens actionem, cum in judicio ſemper agente ac litigante ſimul ſuum contribuere & afferre deberet, meritò exindè ſportulæ, quæ in pœnam temerè litigantium, utque eò meliùs ipſorum temeritas coërceatur ac coarctetur ſunt inventæ, Judicibus tanquam pars Salarii ſunt attributæ & aſſignatæ.

§. VII. Ne autem judices vel propter rariores in judicio actiones occurrentes, & ſæpiſſimè nullius fermè momenti, vel propter perſonas ab expenſis immunes, damnum & detrimentum ſentiant magnum, atque evidens, ubique fermè, locorum præter expenſas ſtipendiô aliquo gaudent ordinariô. Dixi: propter perſonas: Interdum enim victus ob privilegium ab expenſarum præſtatione planè immunis, vel minores agnoſcit, quô caſu privilegium parti quoque prodeſt adverſæ, ſi illa vincatur, licèt aliàs idem privilegium non habeat *l. ult. C. de fruct. & lit. expenſ.* ob hanc potiſſimùm rationem, cùm in judiciis ſemper æqualitas ſervanda, & ob correlatorum naturam privilegium communicatur cum altero, adeò, ut quas unus litigantium ſolvit ſportulas, in easdem & alter condemnetur, & ſic hôc modô privilegium uni ex litigatoribus datum, in alterius quoque perſona habet locum *l. fin. §. 3. C. de re milit.*

§. IIX. Judices autem præmium aliquod annuatim è publico accipientes, de Jure Juſtinianeo, ſi cauſa exiguæ erat quantitatis, aut res pauperum, aut vilium perſonarum, nullas poſcere debebant ſportulas *Nov. 82. c. 9.* Conſimili etiam ratione in Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi, ubi Quæſtores aliique Judices annuam

am habent penſionem, in civilibus nullo, niſi in rebus arduis, & ſuper quibus proceſſus aliquis inſtitutus, quique ab Advocatis agitatur, expenſæ ſive ſportulæ ſumuntur; De modico enim non curat Prætor. *l. 4. ff. de in integr. reſtit.*

§. IX. Judici ſanè ſportulas pro negotii qualitate, imò pro arbitrio definire licebat; Ne autem hôc modô alienum jurgium præda ſit judicum, Principes ac Statûs Imperii, vigore juris territorialiis in ſuis ditionibus, præ reliquiis autem Reverendiſſimus ac Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Auguſtus Poſtulatus Adminiſtrator Primatûs & Archi-Epiſcopatûs Magdeburgenſis, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium &c. Princeps meus Clementiſſimus in dicto Archi Epiſcopatu Anno 1657. in omnibus Quæſtuiis ac Judiciis certas ordinavit poſuitque ſportulas, ſecundûm quas quilibet Jurisdictionem exercens in expenſis ſumendis & poſtulandis arbitrium ſuum dirigere, & illas nullô modô excedere debet,

§. X. Ne Judices has induant cogitationes, ſportularum ordinationem pro forma quaſi eſſe ordinatam, nihilominùs in ipſorum manere arbitrio, ut pro lubitu ipſum conſtitutum ſportularum numerum excedere, majoresqve poſtulare poſſint, duriſſima pœna ejusmodi Judicibus infligebatur, qui ſportularum modum à Principe ſtatutum excedebant: ſcilicet pœna triginta librarum auri, vel etiam dignitatis ac modò non ſubſtantiæ ademptio *l. 1. §. 7. C. de off. præf. præt.*

§. XI. Conſimili etiam ratione unicuique Judicum ſeverè injungit, tàm jam laudati Reverendiſſimi Principis ac Domini, Domini Auguſti, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium Sportularum ordinatio

de

dt anno 1657. quàm Sereniſſimi Electoris Saxonici de anno 1612. ſportularum moderatio, ut modum in exigendis ſportulis præſcriptum obſervent, nec à partibus, quæ litem in judicio habent conteſtatam, majores quàm quæ conceſſæ poſtulent; Iis verò, qui tale mandatum imis adpoſuère ſubſelliis, pœnam utraque conſtitutio minatur irremiſſibilem.

Cap. VI.

DE FINE ET EFFECTU.

§. I.

Cum formam hactenùs ſub meditationis incudem habuerimus nunc in eo erimus, ut brevibus finē expenſarum criminalium, earundemque effectûs inſpiciamus.

§. II. Eſt autem finis, qui ex hiſce expenſis reſultat, ut quilibet in proceſſu tàm inquiſitorio quàm ordinario ſuum peragens, pro labore aliquid accipiat; Imprimis verò Judicis, utpote cujus conſiliō & adminiſtratione tota hæc res agitur & dirigitur, quique majorem operam vigiliasq; non minimas impendere debet, labor omninò remunerandus.

§. III. Excluditur autem hîc Judex incompetens, qui, licèt proceſſum aliquem inſtituerit expenſasque cauſatus fuerit, propter incompetentiam autem, dum limites forſitàn ſuæ Jurisdictionis transgreſſus, vel inquiſitoriè, quod ipſi haut licuerit, contra reum proceſſit, ſportulas omninò nullas poſtulare & exigere nec poteſt nec debet; cùm actus ipſo jure ſit nullus, & non entis nullæ ſint qualitates.

§. IV. Effectus verò, qui ex hac ſumptuum ſuppeditatione & expenſione fluit, eſt incomparabilis, Prin-

cipalis verò ſive primarius, ut criminum reus debitâ pœnâ pro ratione delicti, vel ultimi ſupplicii, relegationis vel fuſtigationis affici, & malum de mundo tolli poſſit. Multum enim intereſt, ut delicta puniantur. *l. 51. ff. ad Leg. Aquil. l. 14. C. de pœn.* Et ſeverè, ut provincia noxiis hominibus purgetur, injungit *l. 13. ff. de off. Præſ. l. 2. C. quand. lic. unic. ſin. Judic. Weſenbec. in Parat. Tit. de pœn n. 9.* Quando facinoroſi dimittuntur impuniti, contaminantur lætitiæ & gaudia hominum *l. 3. C. de Epiſc. aud.*

§. V. Imò irrogatione pœnarum autoritas non ſolùm ipſius Judicis conſervatur *B. Carp. pr. cr. q. 101. n. 10.* Verùm etiam, ſi Judicem, accuſatore nullo exiſtente, ad onus expenſarum ferendum paratum ac promptum vident, à peccatis nefandis perpetranda, ſi nō virtutis amore, tamē formidine pœnæ abſterrentur ac retinentur *l. 6. §. 1. ff. de pœn. l. 31. pr. ff. depoſiti.* ſæpiſſimèque in ipſorum vergit emendationem *l. 20. ff. de pœn.* Quò etiam ſpectare videtur clauſula in Reſponſis Prudentum plerumque inſerta: Daß er andern Mißhändlern und Ubelthätern zum Abſchen und Exempel, damit ſie dergleichen ſchreckliche Ubelthaten zu begehen durch dieſes ſupplicium abgeſchrecket und abgehalten werden &c. Et admodùm ponderosè & nervosè ſcribit *Hering. Tract. de fidejuſſ. cap. 10. n. 344. & Petr. Heig. p. 2. q. 27. n. 27.* quòd in alienis injuriis vindicandis infligendisque pœnis tria Lex conſequatur, vel ejus qui punitur, vel reliquorum emendationem, cœterorumque ſecuritatem.

§. VI. Quid? quod, ſi forſitan multifariæ peractæ fuerint executiones in loco, quô ſubditis onus expenſas ſuppeditatas refundendi incumbit; unus & alter vero pro rata portionem ſuâ vel propter paupertatem non attu-

tulerit, ſed reliquatus fuerit, exiſtente concurſu Creditorum, ſingularem in bonis illis parit prærogativam, ut is, qui ejusmodi expenſas reſtantes poſtulat, omnibus Creditoribus hypothecariis præponatur. *Petr. Heig. p. 1. q. 23. n. 25. Matth. Berlich. p. 1. concluſ. 64. n. 100.* Cùm enim tributa & publicæ exactiones, tàm ordinariæ quàm extraordinariæ aliis debitis, tacitis & expreſſis præferantur *l. 1. in fin. C. ſi propt. publ. penſit. vend. celebr.* Et fiſcus ſive Magiſtratus omnibus Creditoribus, jura hypothecæ ſive pignoris prætendentibus, ratione tributorum præponatur *l. 4. C. in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* etiam mulieri dotem ſuā exigenti *d. l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. vend. celebr* Ob idenditatem ſanè rationes ad expenſas criminales, quæ extraordinariæ ſunt exactiones, hoc extendendum, *Math. Berlich. d. concluſ. 64. n. 100.* quodque in Praxi id etiam obſervetur, ſuô corroborat teſtimoniô *B. Carpz. pr. cr. q. 138. n. 83.* Poſſem hic evagari latiùs; Sed cùm temporis & inſtituti ratio id haut permittat, filum abrumpere cogor. Interim

Soli Deo Gloria!

PRæclarum noſſe eſt quid juris: pulchrior ille,
Aptè qui ſcriptô tradere jura valet.
Hicce tuus meruit magnam, me Judice, laudem
Doctus, qui doctè prendit utrumque, labor.

Hæc benevolentiæ teſtandæ causâ adponebat

Erneſt. Frideric. Schrœterus
D. & Anteceſſor.

Jeſus!

DIvini eſt animi, ſacr's ſe fidere Muſis,

Et, ſtudiô ad finem perductô, præmere fructûs.

Dum facis en! Themidos flos, hoc molitis opusque

Præclarum, mentis vis igneâ cernitur ex Te.

Id propter comitatur honos & gloria certa.

Boni ominis & fauſtæ acclamationis vicem hæc pauca Clariſſ. Chariſſ. ſuo Dn. Reſpondenti adpon. vol. deb.

Præſes.

* * *

QVas poſcat actor criminalis expenſas

Reusve praeſtet; edis ore cordato.

En omen! quantus inde criminum vindex

Et quâ ſagacis ingenî fide ſontem

Sis, arbitrante facta lege, plexurus.

Talem ſacratæ lumen aureum Aſtrææ

monſtret ſeveris uſibus fori; gratum

Nomen ſereno patriæ Jovi terræ,

Intaminatoque inclytum ſuis fato

Convictori ex variis animi dotibus acceptiſſimo Imq; add.

L. Philip. Mullerus
P. P.

QVi viſunt oculis non ſine fructibus,
Quos carpunt, nitidis Tempe Academica,
Debent dulci ſono condecorarier
Cantu præ reliquis lyræ.
Thaſſus JENA TIBI, CANDIDE VVILSENACH,
Ac Perdocte, fuit. Nam TIBI præbuit
Nectar chara THEMIS: Quod meletemata
Juris docta ſatis probant.
Hinc non immeritò TE maneat decus,
Felix hinc etiam TU clueas, quia
MATREM FRUCTIFERAM denique fructifer
Linquis, non ſine laudibus.
Expendas, TIBI quæ ſcribere de DICÆ
Expenſis placuit, donaque præter hæc,
Quorum multa lubens EUNOMIE dedit,
In TERRÆ PATRIÆ BONUM!

L. M. R.
Numburgi ſcribebat

M. Johannes Töpffer:
Scholæ ibid. Senat. Rect.

NEc Tibi vota hominum, Tibi nec præconia
deſunt,
Queis virtus præſens eſt, parum abeſſe poteſt.
Nec virtutis eges, nec eges alienæ laudis- u-
rrumque
Gratulor, & ſtudiis præmia ſumma precor.

*Ita Nobiliſſ. & Clariſſ. Dn. Friderico Wilſenach.
J.U.C. Digniſſ. Fautori & amico meo ſin-
gulariter colendo gratul.*

M. Heinr. a Lith.

Was in den Rechten gegründet/
Was in den Büchern man findet/
Was Henckern/auch was nicht/zu ü-
berlaſſen ſey /
Das zeigt uns ſeine Schrifft/ Herr
Wilſenach hier frey/
Zu dieſem Wercke nun wir wün-
ſchen Glücke bey /
Gott groſze Förderer und Gönner
Jhn verleih!

Mit dieſen wenigen hat glückwünſchend dem Herrn
Antwortenden und Ausfertigern beehren
wollen deſſen

Sämbl. Tiſchgeſellſchafft

Heu

HEu! reditus jam quisq; ſuos amat, & ,ſibi quid ſit
Utile, ſollicitis computat articulis:
Alterius damno geſtit ſua quærere lucra,
Illum nec recti commovet ipſe decor.
Hos inter meritò veniunt [modò vera fatemur]
Lictores noſtri Carnificesq; truces
[Ut quondam fuerant Romano nomine dicti,
Quos ego mortifices carnificesque velim]
His mos eſt parvos magna mercede labores,
Ut res teſtatur, vendere ſæpe ſuos.
Horum pro cathedra juris Legumq; Sacerdos
ſtringis avaritiem, Dulcis Amice mihi,
Cuique ſuum tribuis, nec quicquam detrahis ulli,
Dictas, quod ratiò juris habetq; Canon.
Euge bonum factum! tota mihi mente, Tibiq;
Gratulor. Hic tribuat præmia digna labor.

Gratulab: ſcrib. Conterraneo atq; Amico ſuo in paucis dilectiſſimo

C, F. B, d, à C.

Ma-

Madrigal.

Dem iſt gewiß die edle Themis hold/
Der ſich vor ſie in Streit hat wollen wagen/
Weil ſie ihm giebt alsbald den Ehren-Sold/
Und läſſet ſtracks auch ſeinen Namen tragen
In Mnemenes ewige Burgk.
Wie? Solte Sie nicht preiſen
Dich/ WERTHER FREUND/ weil du wilſt heute weiſen
Was billig/ recht/ wieviel und mancherley
Das Hencker-Geld in Pein Gerichte ſey.
Fürwar ſie zeigt dir/ vor dem Fleiß/ zum Lohne
Schon Ihre Ehren-Krone.

Dieſes wenige wolte ſeinem Werth-geſchätzten Freunde aus ſchuldigſter Schuldigkeit hinzuſetzen

Johannes Wilhelm Struve.
D.W.B.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE